



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quām brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Exequitor Apostolicus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

legitimus, quando causa est suæ Ecclesiæ vel Episcopatus, sicut; quando causa personalis, Rodoa, tract. de reb. Eccles. non alien. quæst. 78. cap. 8. numero 5. Et infra, quod Episcopus sit judex in causa Ecclesiæ suæ, vide c. si quis erga, cum gloss. ult. 2. quæst. 7. Navar. consil. 20. de rescript. Et consil. 28. de sentent. excommunicat. in ult. Et cap. quia predia. 12. quæst. 3. cum sit. de foro com. cap. dilectio, de sent. excommunicat. libr. 6. Cap. decis. 12. 4. num. II.

Trigesimoquinto, an Episcopus celebrans privatè in diœcesi aliena, possit uti benedictione Episcopali, cum verbis, Sit nomen Domini benedictum, &c. Respondeatur, posse, cùm ista sint potius ordinis, quam jurisdictionis (ut more Canonistarum loquar) & sic fuit conclusum Neapolitani, in quodam colloquio habito circa hoc in facto coram quibusdam reverendissimis Prælatis, me præsente. Et ratio potest esse, quia si conceditur Episcopo celebrare in aliena diœcesi à jure, pro ut patet juribus vulgatis, absque licentia Ordinarij, concedi etiam debet benedictio Episcopalis, tanquam accessorium, & consequens illam celebrationem, per cap. cui licet, Et ibi gloss. in print. de reg. iur. 1. quam videoas. Gem. in cap. avaritia, de lect. lib. 6. vers. quid de lect. ubi dicit, quod benedictio est duplex, quædama solemnis, quædam privata: privata est, quæ fit in Missa privata, quæ etiam competit Sacerdoti; solennis est, quæ fit cum solennitate.

Trigesimo sexto, an Episcopus teneatur quotidiè celebrare Missam, vel eam audire: Responderur quoad primum, quod diebus Dominicis, & festis solen-

nibus, & tam frequenter, quod suo muneri satisfaciat. Ratio est, quia Episcopus etiam habet curam animarum, cùm sit parochus totius suæ dicæcisis, ut patet vulgatis, & in ver. 10. §. 10. argumento sac. Concil. Trid. sess. 13. 14. de resor. licet non sub reatu peccati mortalis, cùm non reperiatur sub præcepto, nisi ratione obligationis, contemptus, vel scandali, Nav. cap. 6. numero 19. Et Matth. cap. 18. Luc. cap. 17. Mar. 5. 4. 9. V. a homini illi, per quem scandalum venit. Quæd secundum, respondetur, quod non, ita Nav. cap. 22. numero 2. Et de hor. Canon. cap. 3. numero 29. Nec obstant, cap. fi. de priv. lib. 6. Et cap. solet, de consec. d. i. quia intelliguntur de congruentia, de consilio, & bene esse, ita gloss. in Clem. 1. in ver. Canonicas, de celebri. Miss.

Trigesimo septimo, Episcopus duorum Episcopatus unitorum, degens in altero, potest expedire negotia alterius Episcopatus, Inno. ix cap. novit. de officio leg. Rebuff. in tit. de unio. nume. 16. Ratio est, quia in suo territorio potest exercere suam jurisdictionem, cap. ut animarum de constit. libr. 6. Nav. consil. 2. de off. iudic. ord. Cætera vide in additionibus majoribus

EXEQUUTOR APOSTOLICUS

SVMMARIVM.

1. An debeat procedere citata parte.
2. An possit cogere impetrantem ad probandum valorem beneficii, licet illum expresse rit in Cancellaria Apostolica, iuxta formam regulæ, de exprimendo valorem beneficii

E c

3. An

3 An possum procedere absque ordine judicia-
rio, & possum recusari, & ab eo factus appellari.
Ad primum, distinguendum est. Pri-
mò de executoribus, prout Gom. in
in tract. de expect. & tract. de bre. Gem. in
cap. statutum. §. in nullo, ver. quero ulteri-
us de rescript. lib. 6. & in cap. tibi qui, no-
tab. 2. quando habet potestatem com-
pellendi, conferendi, inhibendi, & ex-
equitor datus à Papa, dicitur habere de-
legatam auctoritatem, text & Gemin. ibi,
notab. 6. & vers. sed an iste, de offic. deleg. l.
6. per glossam in dict. cap. tibi qui. Secundò, videto Guid. Pap. quest. 70. quia, in-
spicienda est commissio, & Gom. de bre-
vi, numero 14. & de provid. num. 129. &
142. & 136. & 137. & in reg. de trien. poss.
quest. 27. col. 3. ver. scilicet etiam. & cap. ex par-
te, l. 1. de rescript. cap. pastoralis de privilegio,
& in reg. de ann. q. 44. col. 3. §. accedit, gl.
& in Clem. unica, in ver. repererint de offi-
deleg. gloss. in Clem. inquisitione de concess.
prab. Gom. in cap. statutum, numero 77.
Ioann. de Selva tract. de benef. 2. p. q. 15. nu.
4. decis. Rot. 6. de offic. deleg. in noviss. nu.
2. & decis. 3. de rescript. in noviss. ubi habe-
tur, an & quando debeat procedere cita-
ta parte, & vocatis vobis, cap. ex-
hibita, de iudic. Fallit quando vellet ex-
amine aliquem, si est idoneus, quia
tunc non est citanda pars, Anan. in cap.
litteret, n. 14. de trans. vide Abb. in dict.
Clem. de offic. deleg. per totum, sed num. 15.
melius, & quando dicitur vocatis vo-
bis, vel sine præjudicio, tunc requiri-
tur causæ cognitio, Fel. c. de cetero, col. 3.
de resjudic. Caputaq. dec. 284. p. 2.

Ad secundum. Respondeatur affirmati-
vè etiam si non opponatur ab aliquo

adversante sibi. Primo, quia hoc facere
debet exequitor ex officio suo, verum
sit verum quod expresserit, Boer. decis.
161. numero 17. Secundo, quia judex,
seu exequitor tenetur se informare de o-
mnibus expressis in litteris Apostolicis,
ut patet, quia ibi solum narrat, exprimit,
& exponit impetrans propter observan-
tiā regularium Cancellariæ, & rituum
Curiæ; in partib. vero debet probare nar-
rata coram judice delegato. c. 2. &c. super
litteris, de rescript. Nec obstat dec. Rot. 8.
de prab. in noviss. quia posset dici, quod
loquitur quando nullum esset præjudi-
cium, & non opponeretur: sed semper
potest opponi, licet non à parte adversa,
tamen ab ipsomet executore, vel ejus fili-
cali. Præterea quia sic prædicatur in dis-
pensationibus matrimonialibus, quibus
exprimitur gradus in urbe, quia pro-
bantur in partibus, facit gloss. in cap.
significavit, ver. aliquam de appellat. Ad-
dit. ad decis. Rot. 7. de rescript. in noviss.
& decis. 44. eod. tit. facit Concil. Trident.
sess. 22. cap. 5. & 6. de refor. ubi vult
quod Episcopus videat omnia rescrip-
ta impetrata à sede Apostolica, an
habeant vitium surreptionis, vel ob-
reptionis, facit Clem. Abusonibus, de pœn.
Gremiss. & vide multa ver. rescriptum.
Sed an falsa expressio valoris beneficii
vitiet litteras impetratas, vide Covar. lib.
1. num. 7. var. resol. add. quod dispensatio
est stricti juris, & ideo in ea exequenda
judex cautè procedere debet. Abb. in c.
dilect. filius, num. 1. de Prab. Fel. in cap.
mandato desmon. Caputaq. dec. 8. nu. 6. &
decis. 27. num. 2. ubi dicit quod gratia est
nulla, ob non expressionem veri valoris,
& decis.

& decif. 128. per totam. Facit etiam quod dispensatio commissoria exequuta, sine inquisitione prævia, non valet, & mandatum de dispensando redditur conditionale ex clausulis, videlicet consideratis diligenter circumstantiis, Felin. in cap. super de rescript. Caputaq. decif. 273. p. 1. & ille, qui vult probare valorem expressum, tenetur facere plenam probationem, dum agatur de probatione fraudis, idem decif. 381. par. 1. & fama publica excusat malam valoris expressionem, quia valor est difficilis probationis, idem decif. 49. p. 3.

Ad tertium, vide Bal. in marg. Inn. in verb. exequitor, & Innoc. in cap. propo-
suit, num. 5. de concess. præbend.

EPISTOLA.

Epistola non debet cantari, nisi per subdiaconum, etiam in necessitate, Abb. in cap. ut quisque, numero 3. de vita, & honest. cler. & vide Sylvest. in ver. ir-
regularitas. §. & Navar. cap. 27. notab. 7. & Ant. 3. par. tit. 28. cap. 1. §. 3. & non or-
dinatus ordine sacro cantans Epistolam, vel Evangelium solenni apparatu, quas poena incurrat, vide Abb. in cap. 1. de.
cler. non ord. ministr. sed quid in necessi-
tate, vide eundem in cap. ut quisque, num.
3. de vita, & hon. cler.

EXPOSITI.

Xpositi an sint filii hospitalis, & an hospitalia succedant ipsis decedenti-
bus ab intestato absque filiis, & quo jure,
vide Vinc. de Franch. decif. 198.

EREMITA.

Primo, Eremita, licet non sit sacer-
dos, vel initiatus, vel in sacris, tamen
est sub obedientia alicuius superioris, vel
Episcopi, gaudet privilegio clericali, gl.
in cap. qui verè in ver. vero & ibi Archid.
ā 6. quæst. 1. & Sylvest. in ver. Eremita.
num. 2. §. 1. & in ver. Ecclesia, 1. §. 5. Navar.
cap. 27. numero 79. notab. 8. & Abb. in
cap. ex parte, numero 10. de conver. con-
jugat. & Addit. Zachar. ibi littera A, ta-
men vide Addit. ad Cap. Tolos. quæst. 8.
ubi multa dicit, an Eremita & rectores
hospitalium convenientur coram judice
ecclesiastico, vel laico.

Secundò, Eremitæ qui simul vivunt,
etiam in regula non approbata, subsunt
Episcopo, Gemin. in cap. indegnificabue.
§. supradicta. notab. 1.

EXEQUITOR TESTAMEN-
TORUM.

Primo, potest esse mulier, & religio-
sa, vide Abb. in cap. vos quidem, de te-
stament. Bal. in marg. Inno. in ver. mulier,
& exequitio cuiuslibet voluntatis perti-
nent ad Episcopum, Abb. in repet. cap. curo
effet, num. 23. de testam.

Secundò, an possit vendere de bonis
defuncti, pro satisfactione legatorum,
vide Anch. in cap. Religiosus, num. 10. de
testam. lib. 6. Covar. in cap. 3. num. 8. & in c.
tua, num. 4. de testam. gl. in cap. 2. in ver.
religiosus, de testam. lib. 6.

EMPYTHEUTA.

Primo, emphyteuta Ecclesiae non
potest melioramenta, quæ facit in

Ecc 2

¶